Candidus de genitura hominis, incipit feliciter.

Quomodo generatur homo.
Qualiter concipit mulier.
Signa conceptionis in muliere.
Quomodo formatur fetus in matrice.
De retentione menſtruorum.
Ad iuuandum mulierem vt concipiat.
De impedientibus conceptionem.
De cura earum que conceperunt.
De virtute lapidis et hites.
Quod melicratum conceptum indicet.
Signa vtrum maſculum conceperit an femellam.
Signa iterum conceptionis maſculi vel femelle.
Quod etiam mulier pregnans emittit in coitu menſtruum.
Quod mulieres pregnantes magis appetunt coitum.
Qua de cauſa virgines grauiter corrumpuntur.
De vrinis mulierum ⁊ earum ſignificatione.
Quid ſit menſtruum in muliere ⁊ quando incipiat.
Quare nō fluūt ſpermata viris quēadmodū mulierib⁹ mēſtrua.
Quid ſit ſperma et qualiter generatur.
De eiuſdem differentia.
De quattuor digeſtionibus.
De ſuffocatione matricis.
Qua vita viuere dicatur embrio in matris vtero.
Unde veniat nutrimentum puero in matrice exiſtenti.
De debilitatione fetuum
De tempore natiuitatis hominis.
De accidentibus in egreſſu.
Quare plures generentur vno partu ad ſimilitudinem animalium imperfectorum.
Quod ex eadem materia animalia plura naſcuntur.
De colore hominis ſcdm varias complexiones.

Quid sit monstrum τ causa generationis eiusdem·
De fastinatione et qualiter accidat·
Quod ex capillis mulieris generetur serpens scd̃m Auicennam·
Quod non sit dare diluuium vniuersale scd̃m aristotelem
Qualiter homo formatus ex corpore τ anima sumit ab astris accidentia ad vtrinqꝫ·
De influentia omnium planetarum in generatione fetus·
De lune influentia. et quare natus in septimo mense viuat moriatur in octauo·
De statu lune quadripartito et ꝙ eius dispositio in oppositione sit deterior·
De virtute planetarum generaliter τ influentia eaꝝ ad vtrinqꝫ·

Candidus de genitura hominis incipit feliciter·



Satis constat hominem generari ex semine viri et menstruo mulieris scd̃m phisicos Aristoteles autem putat semen viri quod sperma dicimus ad formam speciei fetum producere deinde per vaporem exalare· Phisici vero totum semen viri et mulieris vna cedere in substãntiam fetus existimant·

Notissimum est mulierem cum in coitu cuꝫ viro sit· si simul menstruum emittat quo vir sperma·et vtraqꝫ semina sibi concurrant·vnumqꝫ alteri misceri incipiat statim concipere id est autem cum semina in matrice ad fetum generandum a natura producuntur·

Signa ꝟo concipiẽtis in muliere certissima habent̃ cuꝫ vir in coitu cum ipsa sit· si mulier post coitum frigus sentiat· aut in renibus dolorem·preterea si modicum aut nullum emittit semen aut si vir sentiat sugi virgam et attrahi clausura et veluti pressura quadam ex parte vulue vel si iuxta solitum menstrua non currant ei· et titilatio in ore matricis inest· dolor etiam in cruribus id ostendit·vel si eodem modo non concupiscat coitum· hoc autẽ

in aliqbus ver in aliqbus vero non. Aut si color faciei imtatus est et aliena subito cupiat cibaria semē in matrice receptū formā fetus hoc modo conglutinat. Sex quidem primis diebus naturam lactis assimilat et ad hoc naturalis calor viri in spermate relictus cum matricis calore operatur de albatur deinde illa materia et ad colorem spissi sanguinis et aliquantulum decocti per nouem dies transmutatur demum fit consolidatio in membro fetus et hoc per duodecim dies tantum cōstat tamen apud aliquos cor in primis generari. verum quia omne quod viuit ex quattuor elementis ali augeriqȝ dicitur quicquid semini terreum inest cedit in ossibus. reliqua vicissim ex propria natura vires assumunt. dehinc fetus et corporis ipsius dispositio in latum longūqȝ ac profundum formari incipit. per quadraginta dies postea ad egressuȝ vsqȝ natum pariat ac disponit.

Ut mulier concipiat. et quod amplius est masculum pariat experimento probatum est. Id autem nec refellere audemus aut probare nisi quatenus doctorum libris explicatur. quibus siquis fidem deroget nihil hac descriptione opus est. quippe qui aliorum dictis innitar. non autem meo iure faciam sententiam Matriceȝ leporinam et eius intestina exiccata vehementer et in puluerem redacta. deinde cum vino mulieri in potum propinata ad hoc conferre plurimum constat. preterea si testiculum vnum leporinum itidem puluerisatum et vino immixtum mulieri in fine monstruorum propinaueris. deinde cum viro coeat expertum est eam concipere et masculum parere. Simile veri et illud est si exar parui suis et tenelli testiculi quos tantumodo scropha enixa sit deliccentur vt supra. et in potum viro aut mulieri propinentur Uirum si impotens sit statim generare. mulierem si sterilis sit facit concipere lanam etiam immundam si mulier lacte asine contingat. deinde supra vmbilicum deligatuȝ teneat donec cum viro coeat ad id conferre maxime arbitrantur.

Sepe nūero multa occurrūt. q̄ hmōi expimētis fidē derogēt. id āt n̄ ex eoꝝ īpoña ſȝ nat̄e ɔ̄fectu pueīt. īpedimēta vo ɔ̄ceptōis pluri

Quomodo formatur fetus in matrice

fariam eueniunt ex frigiditate etenim nimia matricis· vel calidi tate aut humilitate nimia etiam ex siccitate plerunqꝫ contingit. Pinguedo quoqꝫ excellens ad id nocet que orificio matricis cir/ cumfusa ipsam constringit prohibetqꝫ semen ingredi quod subin de cum vrina eiecit· hoc quidem in ipsa de facili comprehenditur Si enim spissior et alterius iuxta solitum coloris fuerit aliquan/ do etiam ex caliditate nimia exalat· Semen hoc autem difficili/ us est cognitu· mulieribus siquidem quamplurimis ita lubrice ꝛ te/ nues matrices sunt vt retinere semen nequeant· sꝫ statim immis sum effluat· Ex parte plerunqꝫ viri defectus accidit cum semen ita liquidum ac tenue vt aqua sit ac statim ingressum elabatur· prouenit etiam ex frigiditate ꝛ siccitate testiculorum· ꝛ homines huiusmodi raro vel nunquam possunt generare· Retentis autem se minibus matrix mulieris ab vtraqꝫ parte firmiter clauditur vt nil de semine possit emitti ꝛ tunc fit retentio menstruorum quod pregnantis femine vulgatissimū est indicium·

Cura autem adhiberi consueuit ad ipsas que conceperint· ne aut aborsuꝫ pariant. aut aliquid ex fetu minuatur· femine igi tur pregnanti motus nimius vitet̃. Cibariis ꝛ motiuus lenibus vtatur omniaqꝫ ad appetitum ministrent· cauto tamen opus est vt cum illam pregnantem noueris nihil conspectu eius nomines ad quod volūtas incendatur sua ne de facili reperiri queat. quia ex huiusmodi cupiditate plereqꝫ iam aborsum partulerunt· veruꝫ quod maiori admiratione dignum est et ipsi vidimus ac plerun/ qꝫ expertissimus lapis et hites pregnati mulieri positus aborsum prohibet· partus discrimina auertit. ꝛ feminam cum fetu prestat incolumen Et ne quis rem commenticiam putet plurime in me/ diolanensi vrbe eius ope liberate sunt· cum lapidem ipsum a no/ bis habuissent· Reperitur quippe in nidis aquilarum· in perside tamen plurimus et colore fuluo est· alios lapillos naturaliter in/ trinsecus cohibens vt ex motu facilime sentitur· hunc Marcati/ us auus meus vir phisice peritus· vt puerum me vidisse memini

in germanorum alpibus adeptus est suma industiria nidos aqui larum insectatus.

Expertum est melicratum conceptum propalare. Id autem ita conficitur. Coclear vnum mellis fluxibilis. et tria aque tepide simul mixta. mulier cum lectum intrat in potu data. si circa vmbilicum dolorem sentit. concepisse eam scito.

Utrum quidem masculum conceperit. an femellam. annotatum est etiam si facies rubida. motus leuis. venter teres in dextera maxime turgescens. lac quoque ex mamillis spissum ac digestum fuerit. vt supra vitrum scindatur ac fluat/aut vrine infusum. ipsius yma petit/nec liquescit sal mamillarum capiti appositum/vel vt quidam augurantur. prius dextrum pedem moueat quam sinistrum hec masculi concepti verissima habentur signa. Econtra vero. si grauis est et tarda. solito pallidior. oblongo et enormi ventre. sinistra turgidior mamilla quoque eadem parte procliuis. lac quidem indigestum. liuidum et aqueum. dolor etiam in sinistro latere magis vigens. cum masculo concepto in dextero patiatur. femellam conceptam esse credito.

Amplius si femina masculum conceperit an femellam aqua de puro et liquido fonte experimento fuerit. gutta etenim sanguis aut lactis eius ex dextro sumpta latere et aque superfusa. Si masculo turget ad yma deuoluitur. si femella supernatat et suma petit. Licet vt prediximus mulier pregnans menstrua contineat. verumtamen cum coitu cum viro sit. plerumque ex nimia delectatione emittat ipsa. quippe cum vene ac nerui in vulua existentes a virili membro confricentur et exinde quedam titilatio oriatur vt necesse sit menstruum emittere. hoc autem respectu coitus naturale est. respectu vero fluxus naturalis violentum et ceterum ex omni nutrimento quod sumptum est materia fit apta que in coitu expelli queat. exinde quod notatum est mulieres pregnantes magis coitum appetere cum oppositum esse debeat. causa autem est materie

superflue abundantia que ab elementa ducitur et cum menstrua dietim augeantur magis etiam coitus appetitur ac ex huiusmodi materie ex habundantia continuo mulieris vulua calescit.

Virgines grauiter corrumpi et cum dolore ob id creditur quod ipsarum vulua in coitu maxime ampliari soleat. vel quia virile membrum nimis ineptum sit. vel quia adeo magna et ampla earum plerunque vulua sit. vt absque dolore ex sui parte virili membro coire nequeat. et ob idipsum cum prius corrumpuntur virgines dolorem in prima parte vulue paciuntur quod amplietur ipsa et ad coitum magis disponatur amplius causa doloris inest pellicula quedam inter vuluam iuxta quam vesicam interiecta cum in coitu rumpatur verum quanto magis coiunt minus quidem doloris sentiunt plurimum vero voluptatis accipiunt.

Urine virginum plerunque lucide et clare sunt quandoque albe aut congelate Si autem coloris aurei clare et ponderose fuerit animum coeundi in ipsis indicant. sed hec in virgine certa sunt. Corrupte etenim mulieres vrinas turbidas et obscuras habent. ob fracturam pellicule de qua dictum est Menstruata vero vrina sanguinea est. et que patitur oculos nimis nitidos et aquosos habet decolorata facie abhominationem preseferens. hanc tu Nicolae mi si videris velut ydram aut spingem aut potius medusam gorgoneam effugito.

Menstruum in muliere quid sit. et vnde accidat plerunque quesitum est. Id autem nil aliud opinantur phisici quam superflui alimenti fore quod in rei alende substantiam non cedat. sicut etiam in viris spermata. menstruum inde appellatum opinatur quod singulo mense semel adminus fluat. Incipitque pubescente muliere cum annorum quattuor et decem fuerit et iam coitum sentire vel cupere incipiat. Quibusdam vero mulieribus etiam tempestiuis accidere consueuit et hoc quidem secundum desiderii potentiam vel nature. Et aliquibus in nouilunio fluit menstruum. aliquibus vero aliter. patiunturque in hoc grauiter. ita vt earum facies decolerentur. et oculi solitum nitorem amittant. nonnullis etiam diutius quibusdam vero breuius fluunt menstrua plu

rimūq3 sanguinei sunt coloris raro liuidi Scire operepreciū est ꝛ querit᷑ quid cause sit cur viris spermata non fluūt mulieribus au tem menstrua emittant᷑ cum vtriusq3 causa sit superfluū.s. alimē ti qđ in rei alende substantia3 non cedat nulla tamen potior vis est q̄3 ꝙ mulier frigide ꝛ humide nature habet᷑. Uir autem calide ꝛ sicce. Modo autem de natura humidi ꝛ maxime aquei est efflue re In viro quidem humidū magis purum ꝛ aereū ꝛ illa inepta ra tio q: calor in humidu3 semper agit ex natura ꝛ minor calor est in muliere Jdeoq3 humidum nutritiuū dispartite tantu3 reliquū ve ro eicit ꝛ effundit sperma vt predictū est superfluū est alimenti qđ in tercia quidem digestione vt inferius explicabimus non totum ced it indeperditū per restaurationem vite animantis. Uex a ca lore naturali sanguinis subtilis in forma3 ad genitalia vasa trans mittit᷑ vbi testiculoꝝ virtute de albatur ac digerit᷑ ꝛ ideo coloris albicantis est. Jd emissum rationabiliter. ac natura exigente pur gat ꝛ alleuiat. nimis aūt copus desiccat cum virtus sua humerca tiua ꝛ calefactiua sit Corpore aūt exsiccato ꝛ humido extincto de bilitatio vire sequit᷑ ꝛ subinde īmatura mors ex quo freq̄ntius co euntes cito pereunt ac senescunt p̄terea ab Arist. scriptū extat mu lum longius viuere q̄3 equum ꝛ asinū a q̄bus est genitus. Sper ma viri durꝝ ꝛ testiculoꝝ virtute bene decoctu3 qđ adheret vt pa tet ꝛ sicut lac album firmiter coagulatum ꝛ fortem ꝛ robustum fe tum generat. Aliud tenue aliud fluxibile immaturum facit fetu3 ac nature tenuis ac fragilis procreat.

Annotatiōe dignū est qđ a phisicis perhibet᷑ quattuor fieri digestiōes. Primā in ore. Secundā in stomacho. Terciā in epate Quartū in singulis alendis ꝛ argumētandis membris Phī vero nōnulli contradicūt vltimam perfectāq3 in corde statuentes pro pterea hoī natura dentes addidit. vt diligētius cibos cōterat Ce teris aute3 animalibus quibus dentes in superiori mandibila de fecerant binos ventres indidit. Unum in quem cibum ponant. Alterum in quem ruminatu3 vltimo diglutiant Cibus igitur cū ab homine diligenter masticatus et ore quodammodo decoctus

fuerit in stomacho deinceps propria expoliatur forma alienamque assumit. quippe quod grossum est a subtili separatur et quod dulce et potabile fuerit ad epar transmittitur quod calore suo subtilis illud conuertit et induitur actione quadam propria et naturali forma sanguinis et subinde temperatum a quolibet membro nutriendo et argumentando sugitur iuxtaque eorum exigentiam restaurantur. reliquum autem quod superest ad vasa genitalia transmittitur vt superius expressimus. huiusmodi quidem necessitas ex qua fames fit et in singulis membris inanitio prouenit ex calore generatur qui in humidum dietim agens id exalat et cōsumit.

¶

Suffocatio matricis est compressio spiritualium ex vicio matricis egressa Impeditur enim anhelitus spiritus opprimitur. In muliere siquidem istud accidit cum matrix e loco tollitur exinde quod sincopim ex cordis frigiditate prepetitur plurimum id quoque ex menstrui superabundantia prouenit quod corruptum ac venenosum matricem inficit huiusmodi autem mulieribus siue iuuenes siue antique sint coitus competit maxime autem iuuenibus que humiditate plus abundant. hinc est quod mulieres iuuenes coire incipientes ante conceptionem multum impiguantur et in quibus huiusmodi materia abundant extinctu nature coire magis appetunt Ideo peccatum in natura est talibus aditum ad illos quos affectant prohibere licet minime peccatum sit in moribus Aristoteles in libro de anima posuit embrionem in matris vtero primū viuere. vita planta. deinde vita animalis. postremo vita huius speciei vel illius. Dubium vnde puero nutirmentum accidat in matrice existenti cum mulieris matrix vndique clausa sit. ceterum deprehensum est cum fetus in vtero conceptus sit virtute nature quandam imprimis oriri venam. vel vt quidam putant. neruum qui matricem perforat eique adiungitur ad mamillas vsque protensum et annexum. itaque fetu in matrice permanente. Mamille rigidiores effici solent. ad easque menstrui substantia diffundi. vt Ibidemque ad albedinem vsque decoquitur et subinde mulierum lac ap

pellatur quod deinceps per venam aut neruuz huiusmodi ad ma tricem remittitur ex eoq; nutritur fetus hic postea in eius exitu abscindi solet cuius pars vmbelico iuncta est reliquum in matri ce dependet.

Satis constat fetum debilitari in vtero cum mulieres pre gnantes recentes natos lactant. Ea etenim materia qua nutriri in vtero fetus debet in nutrimentũ ceditq; prius geniti.

Tempus autem egressus infantis ab vtero materno vt plu rimum est in nono mense. quibusdam in septimo accidit. nonnul lis in octauo. plurimis in decimo. paucis in vndecimo nec vltra retineri solet. Sunt que in secundo mense pariunt sed aborsum non enim hominem producunt. Sed solidam quandam carnis partem. et hoc propter debilitatem aut plurimum motum mu lieris interdum euenit magna cura opus est ingressu cum plu rima de facili eueniant que egressum prohibeant, fetus necant. Quandoq; enim fetus pedem premittit aut manum ꝛ tunc obste tricibus doctis opus est que retrudant illud ꝛ adiuuent ꝛ ex tali bus ingens puero vere generatur dolor vt sepe moriantur. Eue nit etiam in partu plerunq; scindi vuluam vsq; ad anum vt vn gento opus sit circa eam ac retrudi matricem conueniat que sepe vulneretur signa vero prosperi gressus habentur cum infans ca put e vulua premiserit deprehensum est a phisicis ꝛ subinde litte ris testatum plures in mulieris matrice cellulas existere in quis plerunq; decisum a viro sic colligi solet vt in vna quaq; pars se minis retẽta sit ex quo plures fetus gigni vno partu constat que similitudo etiam in animalibus imperfectis potest accipi in hoꝝ quidem genitura aliquid matricis loco ꝛ aliquid seminis simile esse debet ex qua generari consueuere. id autem talis humiditas que per loca educatõis de putrefacto ea gignat ꝛ mulriplicare fa cto ea gignat. ꝛ multiplicare faciat Causam aũt similitudinis ho rũ aĩaliuz a similitudine de corpe educti fieri crediderũt. Quod aũt ex his nonnulla stricta ꝛ longa sint. nõnulla vero breuia aut

alterius modi hoc est ex diuersitate humiditatis quidem euenit. Ex colerico enim calido et sicco animal longum et strictum generatur quia calor multum extenditur in ipso. Ex flecmatico autem frigido et humido animal latum et breue eo quod humor aqueus multum dilatabilis sit frigidum non satis extendit ipsum. Ex sanguineo vero et humido generatur medium inter vtrumque propter quod humidum et calidum temperata sint Ex melancolico accidentali quod adustum est. Animal longum valde et gracile concipitur quod feruor caloris in eo plus se extendat ac siccitas moderata attenuat. Itaque ex eadem materia animalia plura nasci constat sicut ex equi stercore plures musce et his similia gigni solent. Aliquando vero ex eadem materia animalia diuerse speciei diuersique coloris aut figure multiformis. Causa autem diuersitatis istorum diuisio est in matrice seminis sed hoc principaliter in animalibus imperfectis locum tenet. Obseruatum est hominem colericum crocei coloris esse. Sauguineum rubei. Flecmaticum albi. Melancolicum vero nigri.

Monstrum accidit vel ex diminutione materie vel ex superhabundantia. cum natura ad ea que principaliora sunt primum intendat ex materie defectu membrorum defectum sequi necesse est. Defectus autem materie. vel ex paucitate seminis vel matricis lubrice vicio totum iufusum non continentis potest accidere etiam ex velocitate coeundi. plerumque defectus sequitur. Ex habundantia vero materie etiam monstrum gignit. vt homo bina capita vel quaternas manus habens.

Non vana habentur a peritis que de fascinatione dici solent Inde Maro noster. Nescio quis teneros oculos mihi fascinat agnos sed causam potius naturalem esse putant. Mulieres siquidem anque quibus menstrua more solito non fluunt obtutu perimant pueros. menstruorum enim immateria cum per vniuersum corpus effundatur. oculos qui subtiliores sunt primum inficit qui subinde ex porositate sua aerem deturpant quo infecto. et puer qui visui obiectus est ex aere et anhelitu menstruato polluitur et occidit. Retentio

autem menstruorum in talibus est caloris defectus· ex menstrui enim abūdantia humores mali et corrupti generantur·

Traditū est ab Auicēna phisico illustri ex capillis mulieris serpentē gigni si sub terra pingui vbi fimus iaceat hiemali tempore ponantur·postea calore inualescente·vere vel estate effodiantur· qui serpens longus et strictus valde sibi similez deinceps viuendo generabit· Idem voluit diluuiuz vniuersale fieri posse. Aristoteles vero secus censuit· Diluuium enim cum ex constellatione humectante fieri soleat. eandem vnam terraruz partem respicere necesse est cui ex aduerso constellatio desiccans obiecta sit· et quantum vna ex parte prima humectet tantū desiccet altera· ex quo impossibile habetur· diluuiū vniuersale fieri posse·

Qua homo sicut ens naturale ex materia et forma compositus est· tripliciter accidentia notantur in eo quedam scz ex parte anime· et quedā ex parte corporis· nōnulla vero ex parte compositi totius aīa certe omnes virtutes quas in corpoream plectitur a speris et corporibus celestibus contrahit. Ab vltimo quidem orbe qui motu suo diuturno om̄es speras inferiores mouet virtutem essendi recipit ab orbe stellarum fixarum esse a Saturni spera virtutē rationandi ac discernendi a spera iouis magnanimitatē· et plures operationes hmōi· a spera martis animositatem virtutem· a venere concupiscentie et desiderij motū· a sole autem virtutem sciendi et memorandi· a mercurio gaudendi et delectandi· a spera lune virtutem vegetandi que radix dicitur virtutis naturalis et hec quātum ex parte anime relata sint·

Nunc ex parte corporis virtutes planetarum exponere ordiemur materia igitur in matris vtero infusa et coagulata per siccitatē frigiditatēq; saturni primū disponitur et huic virtutem vegetiuā et naturalem motum imprimit· Quamobrez saturno primi mensis cura adhiberi solet· Dehinc iouis virtute materiam ipsam ad susceptionem forme membrorum disposuit caliditate sua confert plurimuz et humiditate replet· Et huic secundi mensis cura asscribitur Subinde Mars caliditate sua ac siccitate in fetu crura formata

lateribus ea diuidens· brachia separat·collum ,dispartit· ꝛ caput effigiat·ꝛ huic datur mensis tercius.Solis autem virtus formas imprimit cor creat ꝛ anime sensibilis motus prestat· secundū quorundam opinionem phisicorum·Aristoteli vero placet cor inter primas generari partes·Addunt etiaꝫ nonnulli solem vitalis virtutis fontem ꝛ radiceꝫ esse·Venus deinceps exteriorum membrorum limitationes virtute sua perficit·ꝛ expolitos·aures scꝫ ꝛ nares masculis virilem virgam· vuluam femellis· pedum etiam ac manuum separationem facit ꝛ digitorum ꝛ quedam non exteriora subinde format· Et huius tutele quintus assignatur mensis· Mercurialis spere virtus instrumenta vocis efformat·supercilia componit·oculos fabricat· pupillas adauget· capillos ꝛ vngulas producit· ꝛ huic sexti mensis cura attribuitur·Perfectioni autem ꝛ complemento totius fetus septimo mense luna finem imponit· replet·n·humiditate sua superficiem complet· Venus quidem et Mercurius humiditatē tribuentes toti corpori nutrimentuꝫ prestant·ac tunc quidem si fetus oritur perfectus est ꝛ viuet· octauo vero mense per circuitum redeunte saturno fetum orientem frigiditate ac siccitate sua comprimit ꝛ extinguit· quattuor status lunar varietate perhibent phisici·

In prima siqdē eius ascēsione calidā esse ꝛ humidā vsqꝫ ad semiplenā tūc aūt calidaꝫ ꝛ siccaꝫ fieri vsqꝫ ꝙ est plena·deīn frigidaꝫ ꝛ siccā donec semiplena sit in detrimēto Ultimo quidē humidā ꝛ frigidā vsqꝫ soli ꝯiungat̃ effici·ꝛ ideo magis ꝯriaꝫ cēsent nature hoīs que ex calido humidoqꝫ fouet̃ cum eius dispositio frigida ꝛ sicca sit in oppositione vt dictū est a nobis·licet nōnulli huic opinioni plerunqꝫ aduersent̃·quid planetaꝝ virtus his conferre soleat que a natura ad vitam ac ortū producunt̃ tam ex parte quidem anime ꝙꝫ corporis superiorib⁹ scriptis explicatū est·Nūc que ipsoꝝ influentia ad vtrūqꝫ virtus sit breuiter dicem⁹·

Saturnus superior planeta tardus et obscurus· natum in colore Fuscum reddit male barbatum·Subtile pectus et fissuras in vestigiis postremis ostendentem et hoc quidem ex parte

corporis eius virtus operatur scdm animā quidem perfidum malignum subdolum·fetida ac turpia nimis diligentem et in pluribus venerem minime affectantem effici et omnesqz operationes prauas taz ex coporis parte qz anime in illo figet ac imprimet·

Jupite. regale sidus·lucidum ac temperatum saturno contrararios effectus habet faciem siquidem nati pulchram reddit· oculos claros·rotundam barbam· et signanter duos superiores dentes reliquis maiusculos· colorem in vultu bonum imprimit album scilicet rubore permixtum· capillos longiores Scdm animā natū bonū efficit modestū legis et honestatis amatorem vestes ornatas et delectabiles sermones ac odores affectantes· postremo liberalem mundo misericordem et iocundum gignit·

Mars vero cum sit in caliditate et siccitate intemperatus· natum quidem ex parte corporis rubei caloris cum quadam obscuritate et vstione conficit sicut in his qui a sole perusti sunt plerisqz cernimus capillos raros oculos paruos et totum corpus curuum licet grossum reddit. scdm animam fallacem inconstantem inuerecundum irascibilem proditorem discordias et bella seminātem et superbum efficiet.

Sol stella regio mundi lumen et oculus quem Cicero siderum omnium ac planetarum regem ac principem scribit· natum carnosum reddit· faciem pulchram. oculos magnos et colorem album cum quadam citrinitate imprimit· bene bar. atum capillos longiores· Scdm vero animam ypocritum· facie iustum exterius homines in sententiam attrahentem· Alij dicunt qz regalem·religiosum profunde scientie ac diuinationis reddit speculatiuum sapientem dominatorem iocundum vlterius bonos diligentem opprimentem malos·

Uenus stella beniuola natum pulchrum efficit oculis maxi

me decorum carnosum mediocriter et medie stature. Scdm ani/
mam quidem blandum gignit suauiter loquentem ·studentem
in ornatu corporis voluptatem gaudium musicalia ⁊ coreas affe/
ctantem·

Mercurius vero qui solem sequitur et eius radijs semper
attrahitur. natum gracili corpore. et persone satis prestat barbe·
Item pulchre rareqz scdm animam autem sapientem subtilem·
philosophiam et studium affectantem· boni motus et perfecti ser
monis et qui multos amicos sibi paret licet non fortunetur in i/
psis / boni consilij preterea et verum reddit· perfidie et infideli/
tatis immunem.

Luna planetarum vltima cuz velocis motus sit. natum va
gabundum facit. nullius forme seruitij· iocunda facie· statura me
diocri· oculis inequalibus· vnum altero maiorem perferentem·

Angelus Typhernas colendo patri· D· Petro de Rigioni/
bus nobili Januensi ac· S· Gregorij Monasterij dignissimo ab/
bati Salutem· Commentariorum quorundam g rmanici impres
sores opera fastiditi iocundum opusculum percunctati sunt· Nos
candidi variarum rerum annotationes scitu quidem pulcherri/
mas proposuimus Tibiqz patri studiosissimo ascripsimus· nihil
amplius videri cupientes qz opusculum esse Candidi· nostra ve/
ro diligentia ⁊ illorum industria impressum Tu enle ⁊ dum lege
ris ignoscas extere nationi ⁊ errata castigato·

¶ Finis·

[illegible]

tenendo in regno compagnie [illegible] de [illegible] amore se necavit
et sanguine [illegible]
[illegible] ardentes [illegible] [illegible] fuit [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] filia [illegible] uxor [illegible]
[illegible] [illegible] se occidit
[illegible] filia [illegible] uxor [illegible] se necavit

Meretrices famose

Archadice amasia Ypocrati [illegible] Sappho [illegible] [illegible]
Theodora [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Thais amasia Alexandri [illegible] [illegible]
Antea [illegible]
Asia [illegible]
[illegible]
Flora amasia Pompei magni
[illegible]
Lupa nutrix Romuli dicta Laurentia uxor Faustuli pastoris
Leena [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] filia [illegible] regis Egipti
filia [illegible] regis Egipti

Rhodope [illegible] [illegible] [illegible]
Leontia amasia Epicuri
Julia filia Octaviani
Julia filia [illegible] Julie
Semiamira [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
mater Heliogabali imperatoris
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Medea [illegible] regis [illegible] filia regis [illegible]
Ariadna Minois regis Crete filia [illegible]
Helena amasia [illegible] filia [illegible] regis
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Mulieres illustres que regnaverunt

Semiramis babilonie et assyrie uxor Nini [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] filia
Margarita [illegible] [illegible] et norwegie
Dido Carthaginis
Johanna [illegible]
Libussa magna bohemie
[illegible] magna bohemie
De Mechthilde bohema [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] petri